



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118529

Caput VIII. De fiducia remissionis peccatorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66608)

Sæcul. XVI. A.C. 1548. *pererogationis, quæ supra præceptum, (ut verbo Chrysoftomi utamur) fiunt, ab iis, quæ contra fiunt: Hac enim Christus ipse damnat, ut fermentum Phariseorum: at illa Spiritus sanctus, in Scripturis loquens, commendat inquit: Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine.*

CAPUT VIII.

De fiducia remissionis peccatorum.

Hic cavendum est, ne aut homines faciamus securos nimis, sibi que fidentes, aut anxia dubitatione in desperationem impellamus: itaque cum Paulus dicat, se quidem nullius peccati conscium, sed in hoc tamen non justificatum esse: homo non potest sine dubitatione propria infirmitatis, aut indispositionis credere, sibi peccata remissa esse, sed tamen non debeat se in seipso jactare, non ita tamen terrendus est, ut de promissis Dei, deque mortis, & resurrectionis Christi efficacia dubitet, & desperet se remissionem peccatorum, & salutem consequi posse, proin ei omnis spes, & totius fiducia certitudo esse debet in pretioso Sanguine Christi, qui effusus est propter nos, & propter nostram salutem: in quo ipso respirare nos, atque confidere, & possumus certo, & debemus, confirmante nos Spiritu

Spiritu sancto, qui dat testimonium spiritui nostro, quod simus filii Dei.

Sæc. XVI.
A.C. 1548.

CAPUT IX.

De Ecclesia.

Credendum est, neminem extra Ecclesiam Christianam, & Communionem ejus spirituales, vitam æternam consequi posse; Communionis autem bujus eam esse rationem, ut cum Spiritus Christi ab eo ut capite delabatur in corpus suum, hoc est; Ecclesiam, & omnia membra ejus permeet, singula membra percipiant ex eo, quantum sibi satis sit ad salutem, & quamquam Ecclesia, quatenus constat membris talibus, quæ secundum charitatem vivunt; Sanctorum est tantum, & eatenus spiritualis, & invisibilis: eadem tamen etiam sensibilis est, qualem Christus ipse monstrat, inquit: Dic Ecclesiæ. Ad hanc eandem pertinent Episcopi, qui regunt populum, quem Christus Sanguine suo acquisivit: pertinent alii item ministri; dedit namque Deus quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Evangelistas, alios Pastores, & Doctores; ad hanc eandem Ecclesiam pertinet verbum Dei, quod in aures influit: pertinent Sacramenta, pertinent claves ligandi, atque solvendi, pertinet potestas co-